

16.

1767, 26.

ORDINIS MEDICORVM
IN
UNIVERSITATE LIPSICA

H. T.

PROCANCELLARIUS
D. ANTONIVS GVILIELMVS PLAZ

PATHOL. P. P. ORD. FACULT. MED. SENIOR DECEMVIR
MAIOR. PRINCIP. COLLEG. COLLEGA ACAD. IMPERIAL.
NATVR. CVRIO. SOCIVS

PANEGYRIN MEDICAM

AD D. XII. IVN. A. R. G. MDCCCLXVII.

I N D I C I T

E T

DE SIGNIS MORTIS ATTENTE EXPLORANDIS
S P E C I M I N E Q V A R T O
E X P O N I T.

61

O W E N V S , Distichor. Libr. II. dist. 37.

Nec te dicentis moueat sententia , sed quid

Dixerit, attendas, qua ratione probet.



requentissima sunt infanticidiorum crimina.
Etiam si enim, non in omnibus prouinciis, nimium
duris in eas animaduertatur poenis, quae illi-
citi amoris propudiosia vtero gerunt documenta,
adeo saepe tamen omnem matres nequissi-
mas abnegare experimur humanitatem, ut crimina criminibus cumula-
re potius, atque vel abortiuis remediis, ante, quam lucem viderint,
foetus suos vita priuare, atque vtero eicere tentent, vel viuos editos,
violentiore modo, aut summe culposa negligentia peremtos, quo mi-
nus turpioris suaue vitae testimonia existant, impedire, horumque vita,
famam suam redimere conentur. In his ausib[us] consummandis, in-
geniosissimas saepe esse crudelissimas istas meretriculas, plurimorum,
ex actis judicialibus cognoscendorum factorum constat documentis;
maxime vero in facinorum suorum atrocia, aut callidius occultanda,
aut friuole excusanda, aut praefraude prorsus neganda, incredibilem
ipsarum sese prodere proteruiam, ex responsionibus, ad quaestiones
inquisitionales datis, luculenter admodum cognoscitur. Innumera
propemodum sunt effugia, quibus criminum suorum grauitatem pal-
liare, atque promeritarum poenarum seueritatem auertere student.
Vt plurimum, foetum ante partum mortuum fuisse, constanter ab ipsis
asseritur, atque adeo multae huius mortis adducuntur causae, vt, nisi

III

manifestissimis signis de contrario constiterit, plena ipsis dictis adhibenda videatur fides, vel certe maxima in corpore delicti obtinere credi possit ambiguitas. Iam enim terror partum praecessisse dicitur, iam casus grauior, aut ponderis grandioris gestatio, foetui mortifera fuisse contenditur, iam in ipso clandestino partu, quem ut plurimum, sine omni licet possibilitatis fundamento, difficilem, praefestinatum tamen fuisse, praecludunt, ob lipothymiam superuenientem, vitae foetus curam haberri non potuisse, excipitur; iam ex morbo pertinaciore, tempore gestationis perpresso, foetus debilitatus, vel plane mortuus asseritur; iam ignorantia funiculi umbilicalis diligandi, excusationis loco est; *) et quae sunt plura, in quibus callide excogitandis, atque in sui patrocinium adhibendis, fertilis admodum est femellarum istarum malitia, in defensorum potissimum dexteritate nimium secure nixa, quorum studio, se prorsus missas abituras, vana tamen admodum spe, confidunt. Accedit quandoque ipsum obstetricum, serius quidem vocatarum, testimonium, de foetu, ante partum, vel in ipso partu negotio demortuo editum, non adeo tamen semper constans, vt omni dubio carere videatur, non, quod fauore forte inductae, rem aliter pronuntient, sed, quod in signis mortis, accurate satis explorandis, tali, qua hic opus est, nec instructae sint peritia, nec, cum praesentes non fuerint, attenta satis hac in re uti potuerint circumspetione. Commodissima interim, his dubiis visis circumstantiis, defensoribus subministratur opportunitas, vel totum factum destruendi, vel variis excusationibus, mitissimae pro infanticida sententiae obtinendae, viam parandi. Non iam disquirere lubet, an omnibus, quorum crimina manifesta sunt, defensio sit concedenda, haec enim ad iurisconsultorum pertinent forum; hoc tamen, tum rigori naturalium et diuinorum legum, maxime conuenire, tum ipsorum legislatorum iustissimis sententiis recte confirmatum videtur, quod teste CLASENIO: grauiter peccant, et aliorum delicta in se deriuent, qui illos a suppliis liberare tentent, qui mortem promeriti fuerint. **) Nimium late videlicet, antiquissimum illud extendi saepe solere existimauerim prae*iudi-*

*) Huius delegationem, non absolute necessariam esse, IO. HENR. SCHVLZE, in Dissert. Halae 1733. habita, contendit.

**) In Constit. Crimin. Carol. art. 150.

iudicium, satius esse, decem noxios capitis absoluere, quam vnicum insontem condemnare, aut, medicorum esse, de criminibus mitius iudicandi, argumenta subministrare; cuius opinionis fundamentum, quam parum aequitati legum conueniat, multis haud opus est probare argumentis. Defensiones equidem, si causa dubia fuerit, optimo permittuntur iure, nescio tamen, an in iisdem semper modus ita tenetur, ut et iustitiae fiat satis, et conscientiae defensorum salua dici possit integritas, quandoquidem non raro, ingeniosae suae magis dexteritatis documenta dare student defensores, quam ipsius rei habere vindicent rationem. Mihi quidem longe videtur gloriosius, decem reos, criminum rite conuictos, etiam si non confessos, *) post habita defensione, aliisque effugiis, supplicio tradere, atque ex humana societate eicere, quam vni, argutis contortisque argumentis a poena liberato, plenissimam, plurium grauiorumque delictorum perpetratorum facere copiam, cum et sola voluntas in opprobrium cadat. Vti vero in omnibus delictorum generibus excusandis, vel certe emolliendis, admodum ingeniosi saepe esse solent defensores, ita et in homicidiis defendendis, cunctisque minutissimisque circumstantiis in fauorem rei vertendis, magna cum dexteritate versari norunt, vel ebrietatem, animumque nimium inde concitatum obtendentes, vel animum occidenti declinantes, vel vulnerum conditionem leuiorem, et accidentalem faltem letalitatem extorquentes, vel mentis alienatae statum, ex iprorum factorum inconcinnitate, aut vndeconque probare studentes; et quae sunt plura strategematum genera, cordatis iudicibus non nisi taediosa et exosa. Omnium frequentissimum, defensionum firmandarum obiectum, sunt relationes medicorum fecantium, in quibus infirmandis, dubiis reddendis, corrumpendis, imo et quandoque irridendis, multisque verborum ampullis, casuum prorsus ineptorum, atque nulla ratione applicandorum allegationibus euertendis, ditissima esse defensionum volumina, experientia affatim testatur, dum, quae paucis pagellis exponi poterant, spissu tractatu comprehensa, nihil tam,

A 3

*) Non haec mea opinio forte, sed iusta ICItorum est sententia, vberius et solidissime exposita a S. R. et Consultissimo KÜSTNERO, in Progr. *De recognitio- ne personarum et rerum per testes*, paucis abhinc septimanis edito.

VI

men, nisi autorum testantur verboſitatem, et, quo magis meritis hypothefibus, et auctoritatis incongrue applicatae praeiudicis abundant, eo minus argumentorum stringentium ponderis habent. *) Non equidem inficias iri poterit, ipsorum medicorum fecantium culposa quandoque fieri negligentia atque incititia, ut vberima defensoribus subministretur opportunitas, viſorum repertorum veritatem impugnandi, dum in vulneribus, quoad longitudinem, latitudinem, profunditatem, directionem, exakte describendis, locorum vulneratorum ſitu perspicue indicando, signis et cauſis mortiferi euentus attente ſatis explorandis, variis committuntur errores, merito a Collegiis medicis aequa ac a cauſarum patronis reprehendendi, quamobrem etiam in hanc negligentiam grauius animaduertendum eſſe voluit mandatum regium, sapientiſſimo olim consilio promulgatum; **) quodſi vero cuncta momenta, debita cum accuratione explorata et conſignata fuerint, atque iudicia exinde formata, principiis artis rationalibus repondeant, irrita omnino eorum dicenda eſt opera, qui nodum in ſcripo ſtudioſius quaerentes, contra ipsorum factorum veritatem, conſtantissimis testimoniiſ et rationibus corroboratam, Antabatarum more insiugunt, ipsiusque iuſtitiae curſum, Iliade prolixioribus, nihil tamen probantibus ſcriptiunculis, remorari conantur. Quo minus ergo, vel exactiſſimae, atque omni dubio ſuperiores medicorum relationes, ab eorum tutae ſunt impugnatione, quibus ſemper aliqua in promtu ſunt arguments, vndequaque corraſa, euidentiſſimis

*) Hoc de argumenato, ſolide admodum expoſuit M I C H A E L A L B E R T I, in ſyſtemate iuriſprudentiae medicea, Halae 1725. edito, Tom. I. cap. 18. de iniq[ui]t[ate] Advocatorum ſtrategematiſ, in caſibus medicis legalibus.

**) In hoc mandato, d. d. Drefſden, den 29. Jul. 1750. §. 3. ita statuitur: Da biegegen, die bereits gegenwärtig beſtellten Physici, denen es an genugſamer eruditition und Fähigkeit zu erlangen ſcheine, möchte, von denen Amtern und Obrigkeit, zu künftiger mehrereu habilitirung zu ihren Amts-Verrichtungen, durch fleißige application auf die Nacherlern oder Wiederholung derer abgängigen Wifſenſchaften, zuförderlich ernſtlich, und unter der Verwarnung der ſonſt mit ihren Personen zu gewartenden Änderung, anzuermahnen. Woferne aber, wie folches von der intendirten Wirkung nicht gewesen, aus denen zurück einlangenden Urtheilen und responsis medicis mehr als einmal abzunehmen, ſind ſodann dieſelben, von denen, welchen die Beftaltung zukömmt, entweder ab officio zu removiren, oder aber, mit an die Seite geſetzten adiunctis, auf derer unſchuldigen Phyſicorum ordinatorium Koſten zu verfehen.

tissimis testimoniiis opponenda, eo maiore cum sollertia, in inspectiōnibus et omnibus, et quam maxime in causa infanticidii instituendis, versandum erit, tum, vt cuncta, quae vel minimam parere poterant contradictionem, aut modo dubitationem, follicite vitentur, tum, vt Collegis medicis, quorum ut plurimum decisioni, ante res committitur, quam sententia in iurisconsultorum dicasteriis feratur, sufficientia subministrantur, omnes dubitationes remouendi, et de veritate rei iudicandi momenta, ex physiologicis et anatomicis principiis petenda; quandoquidem in causa sanguinis, aut negligentius quidquam committere, aut in mitiorem, cum non opus fuerit, ire partem, nunquam opprobrio careat. Non autem id solum agendum, vt cuncta, quae in cadaveribus reperta fuerunt, sive essentialia, sive accidentalia fuerint momenta, iusto ordine, terminisque conuenientibus enumerauentur, sed, vt etiam ipsa medici relatio, Actis judicialibus postmodum inferenda, ab Actuarii sic dicta registratura haud discrepet, atque in iudicio tandem, super omnibus repertis formando, omnium quoque rationum series sibi concinne respondeat, atque apto nexu cohaereat, ipsumque inde deducendum conclusum, praemissis conueniat, aut, si nimium dubius fuerit casus, illis potius iudicium committatur, qui pleniore peritia et autoritate instructi, re coniunctim in utramque partem pensata, omni contradictorium calliditate superiores existimandi sunt. Non ignotum quippe est, saepissime defensores, in istiusmodi relationibus impugnandis, aliorum medicorum vti adiutorio, atque autoritates autoritatibus opponendo, vel rariora exempla excitando, aut contradictiones extorquendo, aliusue modis, contrariam suam, in reorum fauorem egregie exornatam sententiam, iudicibus commendare solere. Maxima eapropter cura id agendum, vt de euidentissimis signis, foetus instantे partu viuentis, atque ipso quoque partus tempore viui editi, certo constet, vtque dein signorum et causarum mortis inductae, exactissima habeatur ratio. Ipsam omnino pueroram, aut de puerperio suspectam, etiam explorandam esse, an puerperii recentioris sufficientia adsint indicia, vix opus erit monere, quandoquidem occultatae grauiditatis, et negati puerperii circumstantiae, hanc disquisitionem ultro eslagitant;

quibus

VIII

quibus tamen signis, hic vberius exponendis immorari haud opus est. *) Plurimum tamen interest, ipsius foetus mortui maturrius fuscipere lustrationem, ne, cum ex diurniore mora, plenariam contraxerit putredinem, corpus delicti nimium mutatum, totum inspectionis negotium irritum, vel certe dubium valde reddat. Cum vero variis admodum modis, scelestissimae matres in foetuum suorum vitam saeuire consueuerint, indeque non semper evidentissima violentiae, qua mors necessario inducta fuerit, primo intuitu compareant signa, tam externarum quam internarum partium diligentissima opus esse disquisitione, vltro omnino consequitur. Poterat enim, quod factum fuisse, plus vno constitit exemplo, minimae aciculae ope fontanella pertusa, mortem induxisse, cuius violentiae adeo exigua comparent signa, vt vel oculatissimi medici effugere facile queant attentionem. Ne minimum adeoque momentum praetermittendum, ne minima quidem regio negligenda, quin summa cum accurratione exploretur, quandoquidem strictissimum omnium plagarum, macularum, tumorum, vulnerum et ceterum. instituendum esse examen, medicinae forensis leges, atque criminalium iurium statores, et praecipiunt, **) et ipsa rei grauitas exigit. An vero, et quoisque vixerit infans, de cuius morte, quoconque demum modo indueta, per inspectionem cognosci debet, vel maxime inquirendum est, quandoquidem vulgarissima semper in promptu est nequissimarum istarum puerarum excusatio, se mortuum peperisse foetum; quod, quantumvis in partu clandestino, atque sine vlo aliorum adiutorio, subito expedito, vix vnquam possibile esse, artis obstetriciae gnares haud fugit, eo luculentioribus tamen refutatur signis, ex physiologia comprobandis, et ex indiciis violentiae vel negligentiae, corporisculo vitam adhuc ducenti adhibitae, atque vt causa mortis considerandae. Ipsa foetus perfecte formati, atque maturi conditio, omniumque partium concinnitas, praestans satis vitae, ad partum vsque ductae, dant signum, per se quidem nondum sufficiens, cum aliis tamen conciliatum, magnum admor.

*) Vid. Magnif. LUDWIGI *Institutiones medicinae forensis*, Lips. 1765. editae, §. 239.

**) Vid. Constat. Crimin. Carolin. art. 147.

admodum pondus habens, summamque probabilitatem, de vita, ad partum vsque vegeta, subministrans, indeque grauem satis suspicitionem, de violentia illata stabiliens. Vti vero porro, ex sanguine, in cuitate cordis, maioribusque vasis coagulato, de infante ante partum mortuo, indubitatum petendum est argumentum, ita e contra, ex cuitatibus et vasis sanguine vacuis, omni exceptione maiora, vitae, ex motu cordis, et circulatione suppresa violentius sublatae, capiuntur indicia. Non minus, ex notabili illo, neque vñquam negligendo, pulmonum, aquae vel innatantium, vel in eadem submersorum experimendo, constantissimum vitae mortisue petendum esse signum, vix est quispiam, qui, dummodo physiogiam vel a limine saltem salutauerit, ignorare possit, vt potest cum ex pulmonum, aquae supernatantium, ab aere hausto facta expansione, indubitatam de respiratione, adeoque etiam de vita infantis, formandam esse conclusionem, euictum est; quicquid alii de putredinis opponant effectu, cuius quippe tanta sit efficacia, qua etiam pulmones, qui nunquam antehac respirando aerem hauserant, in aquae superficiem eleuari queant; huius enim obiectionis, adeo lubrica, atque parum determinata sunt pondera, vt potius propter quam plurima tentamina, hac in re instituta, nullum amplius Ordini nostro relictum sit dubium, quo, vt ab hoc, ex pulmonibus petendo signo recedamus, commoueri cupiamus. *) Est nihil secius in pulmonum exploratione, ea propter caute admodum versandum, quoniam nonnunquam alter pulmonum lobus in aqua subsidens, alter vero ipsi supernatans, vel vterque aliquantis per emergens, mox vero fundum pertens, dubium vitae statum indicare poterat; quapropter etiam, cum induratus, aut alia quacunque de causa, a naturali conditione recedens repertus fuerit, cunctorum istorum momentorum exacta habenda est ratio, et, si praeterea morbo si quid repertum fuerit, in relationibus medicis diligenter adnotandum, ne praecepitante nimium opere quidpiam agatur,

*) Conferantur, quae etiam hac de re exposuit TEICHMAYERVS in *Institutionibus medicinae legalis*, Cap. XXIV.

X

agatur, quod post modum, re ad Collegia medica delata, reprehensione dignum existimetur. Quae de foetu, in ipso vtero iamtum respirante, abs nonnullis opponuntur, hic fusius diluere non est opus, cum a praeternaturali situ, atque difficiliore partu, ad naturalem, cumque sola peperit mulier, nulla hic valeat applicatio. *) Sed ipsa quoque violentiae illatae vestigia, vitae praegressae euidentissima dant signa. Huius violentiae documenta, vel in externis, vel in internis detegenda sunt partibus, vtraque vero vitam foetus, in ipso partu, aut breui post creptam, comprobant. Quodsi nempe variae in partibus externis conspiciantur contusiones et sugillationes, de effuso hic cruento intercute, qui semper motum cordis supponit, indicium omni dubitatione superius prostat; cuius violentiae grauitas, ex locorum laesorum conditione et nobilitate metienda est; quo simili iudicio, de maculis et tumoribus, hic illic quandoque conspicendi, decernendum est. Interiorum vero partium status, v. c. vas a insigniora sanguine vacua, crux in cerebri cavitatibus collectus, aut sub caluaria et meningibus extra vas haerens, mortis ex grauiore causa externa inducta, non poterunt non aperta haberi signa, maxime, cum ex chordae umbilicalis resectae aut disruptae neglecta deligatione, haemorrhagia letalis cognoscitur. Quo siue vero cunctis his, alias pluribus, alio quoque tempore uberiori exponendis, vitam et mortem foetus concernentibus signis, adeo multa quoque opponi solent argumenta, speciosis magis praeiudiciis exornata, quam veritati atque principiis medicis conuenientia, eo maiore cum sollertia, in iisdem disquirendis, enumerandis, ponderandis, atque caute diiudicandis, medico secanti versandum esse, ultro patet. Hac enim ratione, Colegiis medicis uberrima subministrantur subsidia, constatiore sententia, coriaceas saepe defensorum obiectiones destruendi, atque de ipsorum factorum veritate decernendi. Illustrabit ex parte haec, quae breuissimis praefari licuit, casus quidam, ab Ordine nostro, aduersus defensoris argumenta, ex rationibus dubitandi facile perspicienda, ita nihilo fecius ex fundamentis physiologicis decisus, vt inde nihil, quod in infanticidiae verti potuerit fauorem, euictum fuisse, intelligatur.

Aus

*) Pluribus conferri poterit Magnif. LUDWIGIVS l. c. §. 250-255.

Aus denen Uns zugeschickten Actis, contra M. N. wegen beschuldigten Kindermordes, haben Wir ersehen, was massen Inquisitin, jüngstbin am 15. Sept. ein Kind gebohren, und solches, nachdem es, dem Vorgeben nach, im Kuhstall bey der Geburt, auf die, fol. 15^b beschriebenen Steine abgeschossen, in das Wasser getragen, worinnen es den 27. gedachten Monats gefunden worden, und dass, bey erfolgter Section, an dessen lincken Seite des Hauptes, sowohl äfflerlich einige superficielle laesiones, als ob der Kopf an etwas spitziges gestoßen, als auch unter der Haut, in denen musculis, frontali, und occipitali, bis an den Hals erwähnter Seite, starcke fugillationes, wie nicht weniger supra orbitam des lincken Auges, eine Beule in Grösse einer welschen Nus's zu befinden gewesen; wie denn ferner der, drey Spannenlang von Inquisitin selbst, fol. 66. ad art. 36. nabe bey der placenta abgerissene funiculus umbilicalis, flaccidus und collapsus, und der Lungen lincker lobus im Wasser schwimmend, der rechte aber, in selben sinkend gefunden worden, wie alles aus der gerichtlichen Registratur fol. 19. und des Medici Bericht, fol. 23. mit mehreren zu ersehen. Wenn denn der Medicus und Chirurgus, so die Section verrichtet, in Ansehung der vitalitaet des Kindes, ihr iudicium suspendiret, im Gegentheil der Defensor, in der, fol. 88. seq. übergebenen Defensions-Schrift, zu erweisen suchet, dass das Kind vor der Geburt gestorben, und todt auf die Welt kommen, und daher über folgende Frage:

Ob bey denen, fol. 18. registrirten, und fol. 23. berichteten, auch von dem Defensore, fol. 88. seq. angeführten, sowohl von der Inquisitin selbst in Actis bin und wieder angezeigten Umständen, angezogenes Kind todt oder lebendig zur Welt gekommen?

Unser in arte medica gegründetes Gutachten verlanget wird; So geben Wir Es.

Obzwar Defensor anzuführen weiss, dass die am Haupte wahrgenommene fugillationes, aus welchen vitalitas foetus möchte geschlossen werden, keinesweges von einer, dem Kinde nach der Geburt zugefügten äfflerlichen Gewaltthätigkeit, sondern vielmehr von der schwe-

XII

ren Arbeit, und besonders von einem Falle, den Inquisitin bey schwangeren Leibe gethan, herzuleiten, und wodurch zugleich des Kindes Tod vor der Geburt befördert werden mögen; Hiernächst das Schwimmen des lincken lobi pulmonis auf dem Wasser, nach des Defensoris Meinung, von der Fäulniss, nicht aber von der respiration des Kindes entstanden, bevoraus, da in praesenti casu, der rechte lobus der Lungen ganz, auch ein Theil des lincken lobi im Wasser gesunken, welches sonst als ein Kennzeichen einer todgebohrnen Frucht pfleget angesehen zu werden; zu geschweigen, daß man nicht wohl begreifen könne, wie die Lunge, vermittelst der respiration, nur in einem lobo, und zwar, gleichwie in gegenwärtigen casu, blos in einem Theile desselben, von der Luft könne expandiret werden; folglich es das Ansehen gewinnet, als ob mehr erwähntes Kind, vor der Geburt in Mutterleibe verstorben, und tott auf die Welt gekommen sey.

Dennoch aber, und dieweil aus den Acten zu ersehen, daß 1) Inquisitin, fol. 12. 64. ad art. 23. bey alter ihrer Arbeit sich in acht genommen, auch die Erfahrung satzam bezeuget, daß schwangere Bauersweiber, bey dergleichen Arbeit, frische und gesunde Kinder pflegen zur Welt zu bringen; 2) der Fall, auf welchen sich Defensor insonderheit beziehet, nach Inquisitin Ausfrage, fol. 113^b. zwvey Wochen nach Ostern geschehen, und aber die Geburt den 15. Sept. und also nach Verlauf von 20 Wochen erstlich erfolget, mithin gar nicht abzusehen, wie, daferne dem Kinde damals die sugillationes am Haupte zugefüget worden wären, diese so lange bestehen, oder das Kind, bey so gevvaltigen laesionibus capititis, unter sothaner langen Zeit, zur Vollkommenheit gelangen mögen, da gleichwohl selbiges bey der Inspection, als ein Kind, so am allen Gliedmassen vollkommen, und alle signa eines partus maturi an sich gehabt, beschrieben wurd; 3) Inquisitin Geburt sehr leichte gevvesen, massen fol. 62. 69. ad art. 51. fol. 71. ad art. 62. fol. 75. ad art. 80. das Kind, als sie in den Kühhall gekommen, sofort stehend von ihr auf die Steine geschossen, einfolglich das Kind, durch die Geburt an und vor sich selbst, keine Gevvalthätigkeit am Haupte erlitten, und dahero sich veroffenbaret, das

dass die considerablen fugillationes capitis, die gleichwohl motum cordis, und vitalitatem foetus zu erkennen geben, dem Kinde vveder vvährender Schwangerschaft, noch auch durch die Geburt, sondern nach der Geburt, gewaltsamer Weise sind beygebracht vworden; 4) Bedenklich ist, dass, als Inquisitin, fol. 70. ad art. 60. die Nabelschnure von der Nachgeburt abgerissen, selbige geblutet, so man vwohl bey lebendigen, nicht aber bey todten Kindern zu beobachten pflegt. Und, da auch 5) in dem medicinischen Berichte fol. 23. von einer putrefaction der Lunge, keine Meldung geschiehet, sondern blos in selbigen vorgegeben wvird, dass die Lunge roth und vweich gevvesen, und dass äusserlich am lobo sinistro einige vesiculae in superficie membranae vvalbgenommen vworden; und aber diese Beschaffenheit der Lunge, dessen putredinem, gleichwie in der gerichtlichen Registratur fol. 18. gemeldet wvird, und von vvelcher Defensor, nach einiger medicorum Meinung, das Schwimmen der Lunge auf dem Wasser herzuleiten suchet, noch lange nicht erwiesen; und daferne 6) das Kind, obenbeschriebener massen, von Inquisitin stehend auf die Steine geschossen, durch diese, und dergleichen gewaltige Erschütterung des Hauptes es geschehen, dass das Kind, obwohl es gelebet, dennoch nicht vollkommen respiriren mögen, und, waarum blos ein Theil der Lunge, die Luft an sich gezogen, und auf dem Wasser geschwommen, bieraus klärlich erbellet; auch endlich 7) aus denen Acten sattsam zu ersében, dass Inquisitin, vor, bey, und nach der Geburt, sich außerordentlich vwohl und gesund befunden, und dieses nicht allemal bey todten Kindern pfleget angemerkt zu vverden; So halten Wir, bey so bevandten Umständen, und nach denen principiis medicinae dafür:

Das mehrermähntes Kind, lebendig auf die Welt gekommen, und durch äusserliche Gewaltthätigkeit ums Leben gebracht worden sey.

Sunt vero etiam, vitae academicae bene actae signa, atque ingeniorum, studiis et moribus optime formatorum documenta. Haec, quandoquidem

VIR
 CLARISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS
 DOMINVS
GVSTAVVS DETLEV BRETTING
 MEDICINAE BACCALAVREVS DIGNISSIMVS,

adeo luculenta edidit, vt non possit non, propter egregiam suam doctrinam, et laudari, et publicis praemiis ornari, haec ex Ordinis nostri decreto propediem capturus est. Qua vero ratione, et quibus ducibus, studiorum suorum emensus fuerit stationes, vitae eius, breuibus vti moris est exponendae, enarratio edocebit.

Natus est *Hamburgi*, eruditorum non minus fama, quam negotiatorum prudentia celebri republica, *tricesimo quarto* huius seculi anno, *sexta post decimam* Octobris die. Patrem coluit **IOANNEM DIETERICVM**, negotiatorem probum et industrium, ante hoc bienium vita functum; matrem vero, **ANNAM MAGDALENAM**, e gente MATSENIA oriundam, superstitem adhuc veneratur. Fidum religionis atque litterarum doctorem, praeter alios habuit Plur. Rev. SCHROETTERINGKIVM, nuncad aedem, angelorum principi Michaeli sacrae, ecclesiasten. Cum postmodum de studiorum genere eligendo cogitaret, artis medicae amore ductus, *Revaliam* Liuonum fese contulit, ibidemque in **BVRCHARTI**, Med. D. et poliatri officina pharmaceutica, illic celebratissima, per aliquot versatus est annos, cognitionem rerum, quae hic tractantur, medico vel maxime necessaria esse, haudquam ignorans; in qua cognitione uberiorius perficienda et amplificanda, huius patroni benevolentia et humanitate suffultus, atque **FEDDERI**, rei pharmaceuticae non minus periti viri institutione adiutus, ex voto profecit. Non tamen soli huic arti inherendum esse intelligens, ad altiora progredi constituit studia, atque humaniorum litterarum culturam, omnem hominem ornantem, medicis quoque iunxit disciplinis. In quo tramite, minore cum difficultate eretiendo, et laudati **BVRCHARTI**, et post eius obitum, viduae ipsius, matronae venerandae, factum fuit liberalitate, vt hospitio, quo adeo beneuelle ante hac exceptus fuerat, sibi

bi diutius frui, atque studiis suis lactius incumbere liceret. Reuer-
sus tamen tandem in patriam, per semestre spatium ab Exper.
HOERMANNO, Med. D. synopsin anatomiae et physiologiae accepit,
a Praeclar. BÜSCHIO autem, Professore, mathematicas disciplinas edo-
ctus fuit; indeque optime praeparatus, anno huius seculi *sexagesi-
mo quarto*, Lipsiam adiit, ab III. BOEHMIO, tunc temporis magi-
stratum academicum administrante, tabulis ciuium nostrorum inscri-
ptus. Ex hoc tempore, vniuersam philosophiam et physicam, in
scholis Magnifici WINKLERI, fasces academiae iam octauum tenen-
tis, edidicit; humanitatis vero praeceptis, a Praeclarissimis trium-
uiris, GELLERTO, KLAWSINGIO, et MORO imbutus fuit, in me-
chanicae scientiae dogmatibus, a Clar. BORZIO institutus. Illarum
dein doctrinarum, quae ad ipsam salutarem artem pertinent, addiscen-
darum ergo, praestantissimos audiuit doctores, haecque orsus est stu-
dia, duce Exper. POERNERO, quem in chemia dogmatica, et expe-
rimentis illustrata, itidemque in materia medica fecutus est. Exper.
GEHLERO, in botanica, arte obstetricia, et mineralogia adfedit;
Exper. KRAVSIO, structuram et morbos oculorum exponenti, ope-
ram dedit; Excell. BOSIO, in botanica, anatomia et physiologia,
atque Excell. POHLIO in anatomia auditor fuit. Summopere vero
laetatur humanissimam Magnifici LVDWIGII, Decani nostri venerandi
facilitatem, qua ab ipso in discipulorum numerum receptus, ex eius
doctrina egregie profecit; cuius adeoque scholas, in quibus methodum
doctrinae medicae vniuersae, pathologiam, therapiam genera-
liorem et specialorem, chirurgiam, et medicinam forensem tradidit,
cum fructu frequentavit; neque minore cum utilitate exercitationi-
bus eius practicis intersuit, atque praeterea amplissimi quoque eius appa-
ratus librarii, prudenter in sui usum vertendi, oportunitatem fuit
nactus; quam, praeceptoris sui benevolentiam, atque solidam non
solum institutionem, verum etiam consiliorum, quibus sua iuuerit
studia, fidelitatem, pia grataque veneratur mente; eodemque pieta-
tis affectu, Excell. BOSII prosequitur fauorem, quo duce, aegros in
nosocomio nostrate decumbentes inuisere, atque in morborum va-
riis

XVI

riis generibus, mutationibus, medendique methodo cognoscendis, proficere sibi licuit. Praeterea quoque, in exercitiis disputatoriis et examinatoriis, Exper. POERNERI et REICHELII usus est informatione; atque hinc profectum haud vulgari instructus apparatu, Ordini nostro rationem studiorum suorum reddere constituit. Qua propter superiore anno, mense Iunio, in primo comparuit examine, atque post responsiones aptissime datas, laureae primae honores tulit. Mense postmodum Novembre, ex cathedra medica, *de methodo, in medicamentorum vires inquirendi*, eruditus admodum exposuit. Sub finem Aprilis huius anni, ad alterum admissus examen, quod rigorosius est, ita recte ad practicas quaestiones respondit, ut summis honoribus dignus, omnium censeretur suffragiis. Quos ante, uam co nsequetur, breuem ad metallifodinas Saxonicas fecit excursionem, atque ad vicinorum quoque Bohemicorum fontium scaturientes transit; ex quo itinere reuersus, venia sibi data usus fuit, ex cathedra medica disputandi, suamque, a se conscriptam Dissertationem inauguralem, *de ratione medicamentorum, ad corporis humani conditionem accommodata*, sine Praefide, adidente moderatore atque compellationum honorificarum interprete, Exper. REICHELIO, medicinae Professore, aduersus dissentientes propugnandi.

Cum vero, post ultimum hoc specimen, nihil Candidato nostro sit reliquum, quam ut summis honoribus, diligentiae sua fructibus, locupletetur, ego, pro ea, qua ad hunc actum clementissime instrutus sum, Procancelarii autoritate, ipsi proximo Veneris die, XII. lun. Licentiam conferam, Doctoris in arte medica gradum capessendi. Splendidorem huius festivitatis opto solemnitatem, atque eapropter Vestram, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, COMITES ILLVSTRISSIMI, PROGERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMI GENEROSISSIMI ATQVE NOBILISSIMI UNIVERSITATIS HVIVS LITTERARIAE CIVES, honorificam, qua decet obseruantia et humanitate, mei Ordinis, meoque nomine, exoratam cupio praesentiam, atque in audienda breui paraenesi, qua de coelibatu, medicis fugiendo dicturus sum, patientiam. De quo insigni, propensionis et favoris in Ordinem nostrum documento, ego, qui et mihi huius benevolentiae partem vindico, vti vehementer laetabor, ita in gratia propter quoque referendis, meo me haud defuturum officio, sincerissima fide polliceor.

P. P. Festo Pentecostes, A. R. G. MDCCCLXVII.

LIPSIAE, EX OFFICINA LANGENHEMIA.


ULB Halle
003 719 014

3



1078





16.

1767, 26.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

MEDICORVM
IN
TATE LIPSICA
H. T.

CELLARIVS GVILIELMVS PLAZ

VLT. MED. SENIOR DECEMVIR
G. COLLEGA ACAD. IMPERIAL.
VRIOS. SOCIVS

IN MEDICAM

A. R. G. MDCCCLXVII.

D I G I T

E T

ATTENTE EXPLORANDIS

N E Q V A R T O

P O N I T.